ENGELBERTUS ADMONTENSIS
14. Jh. Seite 169v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26317
Copyright: Admont, Benediktinerstift



et sc̄s lucas et sc̄s Nicolaus et multi alij. ¶ Horum autem
omnium excellentissimum priuilegium et primum habet beata virgo viz.
puritatem in summo de qua dicit Anshelmus quod ea pu-
ritate nitebat quam sub deo maior neque intelligi de qua
scriuus dictum est de ipsius sanctificatione in utero. Can. v.
Veni sponsa mea columba mea immaculata mea

Secunda excellencia De peccati immunitate capitulum
est peccati immunitas. scilicet quantum ad actum. xxxiij.
peccandi. Ita quod licet peccatum impugnet non tamen vincat
vel regnet in sanctis sed semper vincatur ut non superet iuxta
illud Ro. vj. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore
ad obediendum concupiscencijs eius. p. Qui ingreditur
sine ma. et o. ius. qui lo. vi. in cor. suo. ¶ Horum quoque ex-
cellentissimum priuilegium et sic in numero habet beata virgo. scilicet
peccati immunitatem ad quam nullum peccatum veniale sal-
tem vel mortale accesum habere potuit quia contra peccatum
undique munita fuit. Ita ut nec ipsam temptare vel
impugnare potuit. Can. iiij. Mille clipei pen-
dent ex ea omnis armatura fortium. Aug. de natura et gratia. Cum
de peccatis agitur nullam de hac virgine volo fieri mencionem.

De peccandi difficultate vel impossibilitate. xxxiiij.

Tercia excellencia est peccandi difficultas que
erat in sanctificatis in utero quod licet mortaliter non pos-
sent peccare in hoc non simpliciter de se sed gratia prohibente
venialiter tamen licet difficulter poterant peccare sicut dicitur